

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas ... Virgini Agnetae Lünsings/ Filiae dilectissimae Moestißimi Parentes apparant, Cives quoq[ue] suos ... vocat

Rostochi[j]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770348092>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.
in
A. Lünsing. *(Lünsing)*
Rostock. 1638.

31

RECTOR

66

Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQVIAS

QUAS

Pudicissimæ Speciosæq; VIRGINI

AGNETÆ Lünsings,

Filiæ dilectissimæ

Mæstissimi Parentes apparant

Cives quoq; suos in ædem D. Nicolai hodie
circa mediatam primam diligenter &
ferio vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M, DC XXXIII.

RECTOR

HENRICVS RHANE

MDCCCLXXII

AGNETAE GÜNTHER

Thie dicitur

Melissum

Civitas

circumstantia



ROSTOCKI

Typis

MDCCCLXXII



Decimum octavum ætatis
annum, longe rectius JESU CHRIS-
TOSTO, quam nostris hujus seculi tho-
ris, AGNETA LÛNSINGS, pudicissima
speciosaq; Virgo impendit. Quod
illaxxix. Maij, in tempesta, media ferme nocte, ex-
perta est. Nam & curis hujus mundi & ceteris nõ
usquequaq; castis exoluta voluptatibus, quas ef-
fugere quisquam, quoad inter mortales incolit,
vix potest, pura ad Deum sinceraq; non tantum
corpore, quam partem homines cum primis su-
spicimus, sed animo, quod spirituale ac æternum
est, intra Angelorum consortia illudq; verum,
pudicitix sanum concessit. Eam felicitatem ne-
quaquam ipsi invidemus, cujus nos participes
fieri quotidie precamur. Tamen nostra viventiu
conditio, & hoc seculum, cui per parentum si-
mul ac naturæ spes, in generis humani solatium
donati sumus, videtur longe plures annos fir-
mamq; ipsi ætatem precari voluisse. Quippe,
quæ honestissimis civibus ac primariis in lucem
edita, ceteris fortunæ bonis non minimum, alio-
L 2 quin

quin sic instructa fuit, ut diligere ab optimis, virtutum præcipuè causa, debuerit. De quibus ex consuetudine & per seriem, quæ hæcenus placuit laudantibus, semel quoque ipsi acturi sumus. Annus erat à Salvatoris nativitate, cum millesimo sexcentesimo ac vicesimo, quando apud nos Patre JOHANNÈ, Viro integerrimo & virtutis spectatæ, quiq; Ecclesiæ Nicolaitanæ, sicuti ab Evangelista appellantur, Diaconus est, Matre, honestissima castissimaq; foemina, WENDULA STRELENIA, tam florens propago enascebatur. Avus ipsi paternus, eorundem natalium & dignitatis PAULUS, Avia, AGNETA Wosertus / ex nobil. familia WOSERINORUM fuit. A matre Avum habuit M. VALENTINUM STRELENIUM, Diaconum, quod obire Sternbergæ tota Megapolensium civitas solet, quondam Protonotarium; Aviam ANNAM, ex primaria ac vetusta MAKIORUM gente oriundam. Primi statim nascentis dies Jesum Christum baptisate induerunt, receptaq; in foedus recens natam, & Spiritus S. gratiâ per instud tenerum, in adultæ maturæq; ætatis tempore beatam virginem, continuato munere prosecuti sunt. Elucebat jam tum in illa, quando *risu cognoscere matrem,* somis & benigna quædam indoles, nec erat juven-


cundius, quàm spe præcipere futuram pubertatē.
Anni ergo, subinde lætiores, à flore corporis
quam multa pollicebantur, parentumq; ex ma-
joribus bona valetudo, nemini metuenda, virgi-
ni propitia imprimis atq; hereditaria credebatur,
Quæ tamen, quantum aufugiant, firmaq; sint in
fragilitate sua, paullò pòst brevi cognitum est.
Siquidem vix decem & quatuor proximi dies
lapsi valetudinem per æstum tentare atq; afflige-
re penitus coeperunt. Lenibus quidem facileq;
contemptis primo initiis, sed, quæ vires per inter-
valla temporum & cum momentis prope, acqui-
siverint; ut dissimulando, quod nunc artis est a-
pud homines & abstrusa quædam sapientia, colli-
gere copias suas morbus, locumq; & pedem fige-
re, prorumpere autem ex insidiis, & non opinan-
tes deprehendere ac trucidare rectius valeat.
Quanquam si hæc tempora, & pietatem virginis
respiciamus, optime nos de ipsa morte nec cum
vulgo sentire conveniat. Qui non oculorum ju-
dicio in rebus nostris ac earum commutatione,
niti, sed arbitrum statuere eum debemus, qui prin-
ceps in nos ac veluti Imperator, animus est. Cujus
non est melior conditio, quam cum emissus è
vinculis ac carcere in liberrimam purissimamq;
societatem receptus, sui compos factus est,

Tum demum felicissimus, cum ad felicitatem
suam nq; accedere una syllaba, ut Seneca loqui-
tur, nec per humanos casus & tam prolixum cru-
dumq; FEL infici amplius atq; exacerbari potest.
Cum neq; pecuniarū nec formæ imperia, nec ge-
neris atq; nobilitatis timere debet, & id cōsecut⁹
est, ut non possit non beatissimus esse. Quod ei
ante obitum & suprema fata impetrare non licet,
Quamquam enim pia mens & cum primis & sola
ferme sapiens, mundo jam toti, ut cunq; minimæ
ejus partis incola, tam vasta ditione imperet, mi-
sera tamen adhuc est, quia nondum neq; amplif-
sima bona neq; sua omnia possidet. Quippe &
dissolvi cupiens & cum CHRISTO; esse in cujus
beatissima visione, quicquid mortalium in casis
divinum ac cœleste creditur, sordidum omne
est, abjectum est, uno verbo, miserum est. Quid
ergo, Parentes mœstissimi in Filia doletis? Quod
inter miseros atq; has malorum excetras, & ante
impetum futurorū, quæ non minus per hæc tem-
pora formidare convenit, socia quædā ac comes
esse desierit? Quod omnes injurias, quod mili-
tem, quod sectatorē evaserit? Quod felicior ipsis
vobis, quod locuples, & quod ex asse beata est?
At verò nulla lex, ut ament, jubet parētes, indul-
gere liberis jubet. Isti n. rei natura cavet, huic ci-
vitas & Magistratus providentia, Et cum exi-
mere

mere ipsi periculis liberos non valetis, ægre vobis
patroni amor atq; officium sit? Educationis tamē
queri fructum par est, qui sic amissus sit, ut neq;
ex familia ad maritum nupta, quanquam & for-
mosa, nec inops, & pudica, transferit, nec matris
sequi exemplum & spem, a viamq; ex se dare &
augere domum valeat. Ceterum, o boni,
*Provenerunt jam satis magni fructus ex ipsa educatione. Nisi
forte hi, qui catulos avesq; & frivola animorum oblectamen-
ta, summā diligentia nutriunt, fruuntur aliqua voluptate, ex
visu tactuq; & blandā adulatione mutorum; liberos nutrien-
tibus non ipsa fructus educatione acquiritur.* Quæ sic as-
suefieri se properavit ipsam, ut, quod à natura de-
cus, formæ pariter ac pudicitia, acceperat, animi
præcipue dotibus exornaret, an ea minimum ob-
lectamenti vobis, & si vix illud cuiquam nisi pa-
rentibus æstimari potest, an satis lucri vobis pro
ista educatione nondū dedit? Doletis innuptam,
quæ Christo nupsit? in quo non durities, non di-
vortium metui potest? Ubi nec Sponsale gaudium
desinit, nec desiderium minuitur? An grave est,
in coelis adscriptam civem esse, & in familiam
transisse ejus, qui supra Reges atq; Imperatorem
est? Qui caro simul ac Deus noster, creator &
creaturæ proculus est? An hominibus sic nos para-
re fas est, ut quicquid teneamus, ijs potius, quam
Servatori nostro simul occupare cupiamus? Et
quic-

quicquid castum integrumq; est; id viro corrup-
pendum dabimus, Christo servandum non dabi-
mus! Si quid turpe & probrosum sit, quod morta-
li obtrudi non potest, cum eo ad immortalem
Deum abeatur? Quodq; execrare minorum
gentium parentes solent, id sacrum parenti sum-
mo sit? Ecquis g. Parentes, animo mos induen-
dus jam vobis est? Si diligere vos ac sanguinem
vestrum, si amare convenit DEUM, qui filiam à
vobis repetiit virginem, hac mente eam ex do-
mo vestra exsequimini, qua oportet parètes esse,
cum optime natas, optime educatas pariter eloca-
verint. Nos quidem, Academiae cives, primæ
conditionis, qua matres nostræ quondam omnes
fuerunt, memores, istius ætatis non parci cultores
aut infrequentes erim9, in qua, ut sibi placerem9,
fidem vitamq; nostrã, per septem illas catas pru-
dentesq; virgines, Servator animarum nostrarũ
JESUS CHRISTUS demonstravit. Et sequamur ho-
die tam pura mente, quemadmodum illa nos il-
libata signataq; virgo præverit, P. P. I. Junij

Anno Christ. cio io cxxxix,



mere ipsi periculis liberos non v
patroni amor atq; officium sit? E
queri fructum par est, qui sic am
ex familia ad maritum nupta, qu
mosa, nec inops, & pudica, transi
sequi exemplum & spem, avia
augere domum valeat, Cete
*Provenerunt jam satis magni fructus ex
forte hi, qui catulos avesq; & frivola an
ta, summâ diligentia nutriunt, fruuntur
visu tactuq; & blandâ adulatione nutora
tibus non ipsa fructus educatione acquiri*
sve fieri se properavit ipsam, ut, qu
cus, formæ pariter ac pudicitia,
præcipue dotibus exornaret, an
lectamenti vobis, & si vix illud
rentibus æstimari potest, an satis
ista educatione nondū dedit? D
quæ Christo nupsit? in quo non
vortium metui potest? Ubi nec Sp
desinit, nec desiderium minuitu
in coelis adscriptam civem esse,
transisse ejus, qui supra Reges at
est? Qui caro simul ac Deus
creaturæ procus est? An homin
re fas est, ut quicquid teneamus,
Servatori nostro simul occupare

vobis
stamē
neq;
& for-
matris
lare &
boni,
æ. Nisi
stamen-
ate, ex
nutrien-
sic as-
ra de-
animi
m ob-
nisi pa-
s pro-
ptam,
on di-
adium
ve est,
iliam,
torem
ator &
s para-
quam
s? Et
quic-

